

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cor siue mens b
cum fontibus proximo et primo

Beati mundo corde;

non exterioribus oculis,
sed corde uidebitur Deus.

Augustinus de uerbis Domini.

Beati mundo corde,
quoniam ipsi Deum videbunt.

[AUG. *De uerbis Domini.*]

Non exterioribus oculis,
sed corde uidebitur Deus,

sicut alibi scriptum est:

In simplicitate cordis quaerite illum
(*Sap. I*).

Zacharias Chrysopolitanus, *De*
concordia euangelistarum libri
quatuor, 1.22 (PL 186, col.121B).

BEATI MVNDO CORDE,

QVONIAM IPSI DEVM VIDEVNT.

Quam ergo stulti sunt qui deum istis
exterioribus oculis quaerunt,

cum corde uideatur,

sicut alibi scriptum est:

Et in simplicitate cordis quaerite illum!

Augustinus Hipponensis, *De sermone*
Domini in monte, 1.2.8 (CCSL 35, A.
Mutzenbecher ed., pp.5-6, ll.102-105).